Teck distans, ubi Duxes Teccenses ha-
bitabant.

(d) cf. Bertholdus Constant. ad a. 1093.

Tractus à Bada
ad Bäcknang

cum sunt terra, quas illi, Faringi-
co ex sanguine nati, (a) tanquam
allodiales et patrimoniales Larin-
gicas terras seculo XIII^o obtine-
runt.

Incrementa
lineae senioris

A Patrimonialibus Faringensium
terris ad eas nunc transco, quae
fortuna beneficio singulis Illustris-
sima stirpis lineis acceperunt.
Cum vero Faringica gens seculo XI^o
Bertoldi I^{mi} filius Bertoldo II^o
et Hermanno in duas familias Be-
toldinam et Hermannicam cum di-
vidi coepisset, illa, quae fuerat Du-
calis, seculo XIII^o incunte interiit,
haec ad nostrum usque tempus per-
durat. Illa intra spatium 162 an-
norum, varias inter fortuna vicissi-
tudines ad magnum denique poten-
tia culmen emerit. Faringense
enim ex Brigovia ad Ducatum
Carinthiae et ad Marchiam Veronen-
sem, indeque ad Suevia Ducatum
regendos vocati, his omnibus amif-
sis, in solatium Advocatiam et Comiti-
vam Turicensis pagi hereditaria dona,

(a) vid: mox §.

ti sunt, donec vicina transjurana
 Burgundia ab Imperatore, Lecto-
 ratus Burgundia titulo, illis quo-
 que regenda traderetur. Dignita-
 tibus his corona accepisset Cæ-
 sarea, nisi oblatam recudare, quam
 accipere tutius judicasset Bertol-
 dus; sua familia postremus.

Ceterum non transcendendum silentio est,
 Tecca Duceo, qui in Suevia floru-
 runt, ex Faringis etiam, et quidem
 ex Conradi Ducis filio natu mino-
 re prodiisse. Conradi enim filii duo
 Bertholdus IV. et Adelbertus duos
 condidere ramos, Faringo-Faringi-
 cum, et Faringo-Teccensem, quorum
 ille jam in Bertoldo V^{to} Ber-
 toldi V^{ti} filio A^o 1218. exaruit. Tum
 vero **Ducis** Bertoldi V^{ti} sorores bo-
 na ejus suis attulere maritis. Agnes
 quidem, natu major, Driogicas et
 silva nigra terras Turstenbergis; An-
 na vero Junior Burgundo-Helve-
 tica bona Riburgensibus attulit.
 Faringo-Teccensis ramus Teccenses
 longa serie Duces dedit, qui tamen

in tenui Dynastarum mediocrium
semper subtiliore fortuna. Frederico
III^o Teccensium postremo Duce a^z
1139. mascula sine prole defuncto,
terra Teccenses per filiam ad Wir-
tenbergenses transiit Comitis.

Incrementa
Linea Marchica

At Marchicus Hermannus ramus,
pluribus accessionibus auctus, ho-
dieque subsistit. Tres priores Her-
manni terras Badenses, Hachber-
genses et Sausenbergenses, ut Sa-
ringicum patrimonium vetus, possede-
runt. Hermannus autem VI^{us} cum ju-
niore fratre Henrico patrimonium ita
divisit, ut ei Hachbergensem et Sau-
senbergensem dynastias concederet; Ba-
denses autem terras sibi retinuit; am-
pliores tum, quam quae nostro aeo
comparent.

Badensis rami
Plinga, Durlacum.

Hermannus hic Quintus Gemengarden
Quelphicom, Henrici Comitis Salati-
ni. Obeni filiam, Henrici Leonis
nepotem, in matrimonio habuit; cum
qua dimidiam Civitatis Brunovican-
sis partem, et Alodia quaedam in il-
lis partibus ex Leoniana hereditate
acceperat. quae omnia Fredericus II^{us}

Imperator cum Hermannus V. commutavit,
 ei que oppidum Attingam in feudum,
 Durlacum in proprietatem, Lauffen,
 Sunnsheim et Oppingen in pignus
 pro 2200. marcis Argenti concessit,
 qua super re litera confirmatoria
 Imperatoris a. 1224. supercunt.

Co ipso quoque tempore Dagoburgensis
 Comitatus Alotia, allodialis olim, ma-
 sculis extinctis, ad Gertrudem, Alber-
 ti postremi Comitis filiam unicam per-
 venit, cujus mater Hermannus V. Ba-
 deno et Henrici Hachbergensis Mar-
 chionum, erat soror. Marchiones Comi-
 tatum Dagoburgicum per Gertrudem
 hereditario sibi jure debori arbitrati sunt.

Sed litigandum illis fuit cum Bra-
 bantia Duce, et cum Leiningensi
 Comite, fratre mariti Gertrudis, que
 maritum instituerat heredem. Leinin-
 gensis Comes, ut Episcopum Argenti-
 nensem, defensorem acquireret, Dago-
 burgicum Comitatum, ei obtulit in feu-
 dum. Marchiones denique, litis per-
 tasi, sua quoque in Dextoldum
 Episcopum Argentinensem jura. An-
 no 1226. transtulerunt (a) Translatio

(a) Causam hanc exponit Alotia Illustris

Spes
in Comitatum
Dagoburgensem.

Spec
in Austriam

solemni Landgravi Alsatie confirmata
est sententia.

Hermannus VI^{tu}s Domum suam ad ma-
gnam potentiam fastigium erecturus vi-
debatur. Cum enim Gertrudem, Henrici
III^{ti} Austria Ducis filiam, in matrimo-
nium duxisset, patruusque Gertrudis,
Fridericus Bellicosus, Babenbergi,
ex linea postremus Austria Dux An-
no 1246. obiisset improbis, jus succeden-
di in Austria, Stiria, et Carniola
Ducatibus ad filium Hermannii, Fri-
dericum Badenensem devolutum est.
Gertrudis enim, patri sui Friderici
Bellicosi, ex Friderici I. Imp. privile-
gio de successione seminarum Austri-
acis A^o 1156. dato, indubia heres,
omne jus suum in Fridericum Ba-
denensem, ex Marchione Hermanno VI.
susceptum, transmisit. Sed Frideri-
cus hic, tenera aetate et injuria obno-
xius, patre suo, viro fortissimo et
tutore A^o 1250. privatus, suis etiam
max privatus est terris. Ottocarus

tom. 2. pag: 195. sq. Instrumentum Do-
nationis, a Marchionibus Badensibus
factae exhibet. La quille Histoire
d'Alsace inter probat: pag: 33.

enim, Bohemia Regis filius augen,
 da potentia sua desiderio ardens, Mar,
 garetham Frederici Bellicosi sororem,
 adeoq; Frederici nostri Badensis pro,
 amitam a^o 1259. in matrimonium duxit,
 hocque usus proutextu eidem Frederico
 hereditarios suos abstulit Ducatus,
 in eorundem possessione firmatus,
 postquam Fredericus Badensis, legi,
 timus Austriae Dux, sed cecit Ducatu
 cum Conradino Sueviae Duce, quem in
 expeditione Neapolitana secutus est,
 carnificis manu A. 1268. Neapoli per,
 iit, in Carmelitarum Ecclesia ibidem
 retro majus altare sepultus. (a) Atque
 ita successio Austriaca ex Faringo-

(a) Epitaphium junioris avi ibi legitur, hoc
 stilo conceptum:
 » Qui Giociono Corradino di Stouffen.
 » figlio dell' Imperatrice Margarita e di
 » Corrado Re di Napoli ultimo de' Duchi
 » dell' Imperial Casa di Suevia e Feode,
 » rico d' Asburgh ultimo de' Duchi
 » d' Austria. A. M.C.C.LXX.
 Miratus sum, cum monumentum inspicerem, in,
 scitiam hominis, qui Epitaphium composuit,
 et pro Frederico Badensi ponit Frederi,
 cum de Habsburg. Adde Chronologicum erro,
 rem, quo annum 1269. pro a^o 1268. posuit.

Badensium. domo eiecit, ut breue post
tempus in Habsburgicam transiret.
Rudolphus Habsburgicus enim. Caesaris
solio cum fuisset admotus, Ducatus,
Friderico Badensi iniuste ereptos,
ab Ottocaro repetit, proclisq; eru-
entis vindicavit Imperio. Anno 1283.
Ducatus hos filiis suis Alberto atque
Rudolpho contulit in feudum.

Translatione hac Ducatus illi, qui
Luitfridigenis Laringo - Badensibus
destinati videbantur, ad Luitfridigenas
peruenierunt Habsburgicos, qui per
5. jam secula, eos constantor gubernant

in Suevia
Ducatum

Rudolphus I^{us} Badensis Hermannii
VI^{ti} frater, post Conradini, ultimi
Suevorum. Ducis interitum, vel ob
cognitionem suam cum Conradino, vel
quod Suevia Ducatus Laringio, Ba-
densium maioribus, ab Henrico VII^o olim
suat ereptus, plura Suevia loca
occupavit, qua Rudolphus Habsbur-
gicus ei quoque bello eripuit. Ita
duo fratres Badenses, Hermannus et
Rudolphus, ille Austria retinenda,
hic Suevia recuperanda spe omni ca-
ciderunt; Habsburgicos utrobique amo-

amulos experti,
 terra; quorum fortuna semper et ubi,
 que prevaluit.

in Bersteinensem
Comitatum

Pro tot Principatibus, quorum prospera
 sione Badenses ceciderant, idem Hermannus
 frater Rudolphus l. matrimonio
 suo cum Kunigunda Bersteinia, Otto,
 nis senioris filia, jure aliquod in Ber,
 steinensem Comitatum sua Domui ac,
 quisivit. Idem Marchionis Veronen-
 sis titulum in Chartis suis et sigil-
 lis adhibuit, quo consilio: incertum.

Post hac Germanianam lineam Ba-
 densam, usque ad Rudolphum VIII. non,
 nisi mediocri comitata fortuna est.
 Fratres nonnunquam inter se terras di-
 viderunt. Alter ^{juniorum} Forchheimi sederat,
 alter Durlaci, sed brevissimi tempo-
 ris hac subdivisio fuit. Rudolphus
 Hesso quidem Belforti et Hericourt
 Dynastis auctore videbatur terras
 Badenses, quum matrimonium cum
 Johanna, Reginaldi Comitis Montis,
 beliarda filia, Vici Pirretensis,
 Comitis postremi, vidua inivisset.
 At dynastia haec brevi post per Au-
 strios, Comitatus Pirretensis he-
 redeo, redempta, ad Comitatum, cui
 Johanna. eas attulerat, redierunt.

et Spanheimensem.

Rudolphus VIII. Rudolphi lⁱ abne-
pos, qui ob proceritatem corporis
Magnus appellatur, matrimonio suo
cum Mechtilde Johannis Coeci, Comi-
tis Spanheimensis, sorore, Henrici
filia, Comitatus hujus obtinendi spem
acquisiverat, quae a: 1137. cum Johan-
no, Coeci filius, obisset improlio,
sub Jacobo I. Marchione, Rudolphi
nepote, complementum accepit. Tum
enim pars Comitatus Spanheimij ad
Badenses pervenit.

Hae incrementa cepit Hermanniana
Marchionum Badensium linea ab
Hermannus V^{to} propagata et ab
Henriciana Hochbergensi distincta.

Incrementa
Lineae Sausenberg:

Hae ipsa autem Henriciana linea in du-
o: successu temporis quoque subdivisa
est ramos. Henrici I^{mi} Hochbergici pro-
nepos Henricus III^{us} fratri suo Rudol-
pho Sausenbergicam Dynastiam et Land-
graviatum Briogoviae superioris con-
cepit, Hochbergensem Dynastiam et
Landgraviatum Briogoviae inferioris
posteritati suae relinquens. Duo hinc
Henriciana linea palmites, Hochbergi-
cus et Sausenbergicus, orti sunt.

Hachbergicus perit, postquam per 228.
 annos durasset. Otto 2^{us} enim, Hach-
 bergæ Marchio, coelebs, agnatorum
 Sausenbergicæ lineæ consensu, Bern-
 hardo, Badensi Marchioni, Rudolphi
 VIIIⁱ, de quo diximus, filio, Marchio-
 natum Hachbergicum A^o 1415. vendidit,
 et A^o 1418. decessit. Sausenbergicus
 vero patres, licet omnium postremus,
 opibus tamen et divitiis auctus, ad Ba-
 densiam, et ad primarium, reversus est
 stirpem.

Rudolphi enim, qui Sausenburgicum pat-
 ritum fecit, filius Henricus VI^{us} à Luitol-
 do, Ecclesie Basiliensis proposito,
 Gentis Loetelana postremo donatione
 mortis causâ Loetelanam Dynastiam
 a^o 1315. obtinuit, sedemque, quam
 antea Sausenbergæ habuerat, transtu-
 lit Loetelam, quod castrum. Ciburio
 distat Basileâ.

Nepos ejus Rudolphus VI^{us} Landgra-
 viatum inferioris Brisgovia, qui
 per 77. annos in Comitum Friburgi
 manibus erat, ad suam quoque Domum
 reduxit.

At hujus nepos Rudolphus VIII. libera, et Badevillana
et
Seco castri Comit:

Dynastia
Loetelana

litate Johannis, Comitem Friburgensem
ultimum, herede carentis, et an-
no 1444. defuncti Badenianam
Dynastiam, quae Saucbergicas ter-
ras ab Hachbergicis separavit, et Neo-
castriensem in Helvetia Comitatum des-
ino accepit; filiumque post se unicum
reliquit Philippum, cum quo Hach-
bergicus omnis sanguis ab Henrico 1^{mo}
ejus patre descendens, a^o 1503. ex-
ruit, postquam ante tredecim annos
cum Christophoro Badenoi pactum
successionis iniverat, quod a^o 1499.
Maximilianus 1^{us} firmavit.

Unica quidem Philippi filia Johanna
Neo-Castri Comitatum Longavillano Du-
ci Ludovico 1^o Archi-Camerario Fran-
ciae, suo marito, attulerat. Sed hic
omnes Philippi terras uxoris quam
repperet nomine, post varias de-
nique tractatum est lites, ut du-
centis et quinquagies mille aurei
Longavillano persolverentur, solo
tamen Roetela titulo illi feni per-
missum (a)

(a) Ludovicus hic frater natus minor fuerat

Fran-

Haec Zaringo-Badenosae terrae, inter Ba-
denosam, Hachbergensem et Sausen-
bergicam ramos divisa, plura post
secula, sub Bernhardo I^{mo} ejusque ho-
nepoti Christophoro, in unum corpus
redierunt. Zaringo-Zaringica autem et
Zaringo-Seccenses, quae ad Marchicam
quoque lineam, nempe ad Zaringo-Ba-
denosam, Bertoldo A^o 1218. et Seccen-
sibus a^o 1439. extinctis, redire debuis-
sent, ad alias plane gentes, Furstem-
bergensem, Liburgicam, et Württen-
bergensem, transierunt. (a)

Christophorus Bada Marchio, he-
ros toga, sago, literisque illustris, qui

Lucelburgica terra.

Francisci II^{di} Comitis de Dunois, in cu-
jus favorem Longavillanus Comitatus
A^o 1505. à Ludovico III. Galliae Rege
in Ducatum erectus est. Johannes
de Aurelia, Comes de Dunois et de
Longavilla, filius naturalis fuit Lu-
dovici Ducis Aurelianensis et a^o 1468.
decessit, fortissimus heres. Filius hujus
Franciscus I. pater fuit Ludovici, cui Johan-
na Sausenbergica nupsit. Ludovicus hic
Marchionis Noctelani titulo usus est, quam-
diu frater ejus natu major vixerat. Postea
factum est, ut Longovillanorum filii natura-
lis titulo Marchionum de Nothelin orna-
rentur, quorum genus hodieque subsistet.
(a) vide supra §.

universas Badenses terras in unum
 corpus reduxit, ob insignia merita Ma-
 ximiliano I. Imperatori fuit carissimus
 à quo Lucelburgici Ducatus guber-
 nator creatus, ex eodem Ducatu Dy-
 nastias Rodemachern, Heroprungen
 et Wellinggen primum loco accepit,
 qui tractus hodieque patrimonii Ba-
 densis portionem constituunt. Fre-
 nuam enim contra seditiosos in Bel-
 gio operam suam navaverat Cesari,
 milite suis impendis conscripto. Cæ-
 altera parte idem Christophorus, oc-
 casione belli Salatini, contra Philip-
 pum Electorem a. 1504. moti, ea qua
 Fredericus Victoriosus Elector a. 1462.
 Carolo ^{Christophori} patri abstulerat, recuperare,
 ope Imperatorio potuisset; at illi fi-
 dem, quam Pater Salatino dederat,
 servare majoris animi reputans, quam
 ex alterius calamitatibus suas opes
 augere, à bello abstinuit, atque Phi-
 lippum Electorem apud Maximilia-
 num I. reduxit in gratiam.

Malberg Dynast: Idem Christophorus Dynastiam

Malberg, castrum cum oppido et pen-
 dentibus inde vicis à Gangolfo et
 Theobaldo fratribus Dynastis in
 Geroldseck, quorum illud vetus in
 Ortenavia fuerat domanium, para-
 ta pecuniâ emit: magnanimus Gen-
 tis sue propagator et stator.

A Christophoro hoc dua Marchica
 lineae hodieque florentes, Bada-Ba-
 densis et Bada-Durlacensis
 descendunt. Illam filius ejus na-
 tu major Berthardus, hanc con-
 didit Ernestus.

Senior Badam. cum castro et omni
 circumjacente districtu, Cherstei-
 nium, Malbergam, Spanheimense et
~~et Grevensteinii partem~~
 Lucelbergicar terras, cum oppido Seim-
 heim in Alsatia possidet. Linea juni-
 or prater inferioris Marchionatus ter-
 ras, ubi Sporkheimium et Durlacum
 oppida, Marchionatum Hachbergicum
 Dynastiam Baderillanam, Sausenbur-
 gicum Landgraviatum, et Dynastiam
 Roetelensem in hac terrarum divisione
 accepit. Dominia sua matrimonio
 deinceps auxit Linea = Bada-Badensis.

Bernhardi enim abnepos, Leopoldus
Wilhelmus, Ferdinandi Maximiliani ju-
nior fratres, exercitus Imperialis con-
tra Turcos praefectus, Sibyllam Ca-
tharinam, quae Comitissa de Mille-
simo atque Carrecto, Tschernini Com-
itio Bobemici vidua fuit, A° 1659
ducens uxorem, Dynastiam Lobowitz
in Circulo Trachenensi suae Domui ac-
quisivit. Quodem Leopoldi Wilhel-
mi ex fratre nepos, Ludovicus Gui-
lielmus, assumpta sibi in matrimonio,
um Francisca Sibylla Augusta, Ju-
lij Francisci Saxe-Lauenburgici Du-
cis, ex sua gente postremi, filia, A°
1690. Schlaemenwerdae Dynastiam,
in Ellenbogensi Circulo sitam, obtinuit,
et propagavit ad filios (a)

Bobemica haec Badensium terra

(a) Schlaemenwerdae Dynastiam Julij Fran-
cisci pater Julius Henricus cum tertio
conjugae suae Annae Magdalinae Comitis-
sa a Lobkowitz accepit, cujus pri-
mus maritus fuerat, Vinilo Lollo,
wratus Comes.

non inter domania totius Domus reputan-
tur, sed allodia sunt lineae senioris.

Nec silentio praetereunda est Advocacia
Ortenavia, quae seculi huius in-
itio Lineae Bada-Badensi accessit;
quam vero communes utriusque
lineae majores, ut pignus Imperii, se-
culo .XIV^{to} jam tenuerant. Ortenavia
nobilis est superioris Germa-
niae tractus, Brisgoviam inter et
Marchiam Badensem, Rhenum
et silvam Martianam situs, in quo
Abbatiae sunt divites, multa castra,
immediatus equester ordo, Civitates Im-
periales et Vici, Dynastia et ter-
ra, Principibus diversis Ecclesia-
sticis et Laicis obnoxia. Prae-
fectus olim huic Provincia datus
fuit ab Imperatoribus, quem Advoca-
tum Provinciale[m] Ortenavia^(a)
appellarunt, qui in castro Br-
tenberg suam sedem habuerat.

Advocacia

Ortenavia

(a) Landvogt in der Ortenau.

Præfectura hęc Ortenavie, ad in-
star Præfectura Alsatica, quæ à
Præfecti sede Hagencensio dicebatur,
instituta, post extinctum Suvvia
Ducatum, vigescere coepit: certa
tamen ejus originis epocha defini-
ri nequit.

Alsatica in liberae decem Alsaticæ
Civitates et 40. vicos Imperiales se-
se præsertim catenderat. Octena
vica novis trigam liberarum Civi-
tatum, Offenbuzgum, Gengenbacum
et Zellam, at ^{40.} ~~totidem~~ circiter vicos
Imperiales complectitur.

Fata

Anno 1324. Ludovicus V. Imp: Fri-
derico et Rudolpho VIII. Marchionibus
Bada fratribus Castrum Ortenberg
oppida Imperialia Offenbuzgum, Ge-
genbacum, et Zellam cum omnibus
juribus pro 900. marcis argenti op-
pigneravit.

Carolus IV. Imperator hoc pignus fir-
mavit A. 1349. ita tamen, ut for-
tem ejus auget, quæ denique ad qua-
dragies mille florenos ascendit. Den-
bienio post permisit, ut Bertol,

dus Bucheckius, Argentinensis Epi-
 scopus, eandem Ortenavia Praefectu-
 ram ab iisdem Marchionibus Baden-
 sibus redimeret, addita clausula, ne ad-
 vocatia haec ab alio, quam ab ipso Im-
 peratore, redimi posset. Ista advoca-
 tia haec non nisi per XVIII. annos in
 Badensium manibus fuit, et ad Epi-
 scopum Argentinensem transiit.

At Guilielmus à Diet cum Civitate
 Argent: tot turbis implicatus, Ru-
 pertum Salatinum Casarem sibi red-
 diturus faventem, et pecunia appete-
 tens, dimidiam praefectura Ortenavica
 partem A. 1404. vendidit eidem Ru-
 perto; qui Salatinatui suo eam con-
 iunxit. Salatini per totos centum
 annos in tranquilla dimidia parte Prae-
 fecturae hujus possessione manserunt.
 Cum autem anno 1504. Maximilianus
 1^{us} Imp: Philippo, Pectori Salatino,
 ejusque filio Ruperto, ob Bavari-
 cam successionem, bellum intulisset,
 inter alia dimidiam Praefectura Or-
 tenavica partem Salatinis eripuit,
 et Wolfgango Fürstenberge Comiti

ob officia praestita concepit, ea
tamen conditione, ut vicies et qua-
ter mille florenos in recognitionem
persolveret.

Ab hoc tempore Fürstenbergica. Do-
mus cum Episcopo Argentinensi Prae-
fecturam Ortenaviae ad annum usque
1550. indivisim possederat.

Tum enim Ferdinandus I. Rex Ro-
manorum, ut Archiducum Austriae
Caroli V. Imp: permissione reluen-
di pignoris uous ab utroque por-
tionem suam redemit.

Genipontani Archiduces Alouicam
et Ortenavicam Praefecturas per
seculi spatium tenuerant, cum illa an-
no 1648. Westphalica Pace ad Galli-
am, hoc anno 1700. Leopoldi Impe-
ratoris donatione, ut feudum maoc-
linum, ab Austria pendens, in pra-
mium meritorum Ludovici Guiljelmi
Marchionis ad Sada- S Badenoco
transiuit.

Sada- Durlacensis linea. ab eo tem-
pore, quo à seniore sejuncta est,

Incrementa
Lineae Durlacem:
Geroldsee

Geroldseckiana in eadem Ortenavia
 Dynastia allodiorum sibi jura ac-
 quisivit. Jacobi enim, Geroldsecki-
 orum ultima, filia heres, Anna Ma-
 ria, secundo matrimonio Friderico V^{to}
 Marchioni A. 1684. nupta, Gentis suae
 Allodia marito testamento legavit. Les-
 sionem eorum tamen non nisi post
 sexaginta fere annorum obstacula
 Friderici V^{ti} Nepos Fridericus Ma-
 gnus, extinctis Cronenbergis, A. 1692.
 Cesare consentiente occupavit; post
 quinquennium per Austriacos mili-
 tes ea iisdem ejectus, ut Baronem
 Leyenses, qui spem succedendi Cro-
 nenbergis à Domo Austriaca
 obtinuerant, in ea immitterentur
 Lis in Aula Caesarea pendet.

Subjungo his omnibus Landgravia-
 tum, Triogoviae, quae antiquis-
 sima dignitas Loringo-Baden-
 sium fuit. Landgraviatum hunc

Landgraviatus
Triogoviae
natura

(a) Vorstellung der Baden-Durlach.
 Gerechtsamen auf die Allodien der
 Herren zu Hohen Geroldseck.

ultimo loco commemoramus, quod
 ille, uti etiam Alsatius, ab Hab-
 spurgicis Haringensium agnatio
 prope suos, ad superioritatem ter-
 ritorialem nunquam ascendit.
 Ecclesiastici enim et Laici Briogo-
 via et Alsatie proceres, ^{ut} et ^{et} ^{et} ^{et}
 Chonide ~~ipscipos~~ Haringi dominia
 quoque sua libere possederunt:
 nec in terris eorum suo, sed Imper-
 ratorio nomine jura dicebant Land-
 gravij, quibus in ipsas procerum
 terras prater jurisdictionem nulla
 fuit potestas. Landgravia enim tum
 temporis officia non Dynastie aut
 Principatus fuerunt, ut visum Guil-
 limanno; qui temeraria quoque as-
 sertione Briogovicum Landgravia
 tum ab Alsatico semper distinctam
 pertinaciter tamen cum eo conjungit.
 (a) Utrumque Landgraviatum sub Ottoberto The-
 dibaldi Vindonise Comitis filio seculi VIII^o
 medio jam conjunctum fuisse, atque ita ab
 Habsburgensibus pervenisse ad Austrios tra-
 dit: ne verisimili quidem conjectura ini-
 aus. Ottobertum enim et Theodibaldum, ex
 Guillimanni cerebro natos, genuina Bris-
 goria Alsatique ignorat historia.

Landgraviatum
 Briogovicum
 Alsatium

si vero
 eius pro-
 Landgravi-
 riorum
 ego
 et Nige-
 in Als-
 Briogo-
 Chonide
 adminis-
 Haringi
 Landgravi-
 nomine
 riorum
 riori
 ta
 memoran-
 graviatum
 Haringen-
 nes trans-
 dem dom-
 tus memo-
 Habsburgen-
 rum idem
 videri
 sua junio

Uti vero Alsatius, ita Briogovi-
cus quoque Laringo - Badensium
Landgraviatus in superiorem, infe-
rioremque fuit divisus. Quatuor
ergo Landgraviatus Vogoum inter
et Nigram silvam, duo cis Rhenum
in Alsatia, duo trans Rhenum in
Briogoviâ floruerunt; ab Alsatius
Clichonidis Comitibus Provincialibus
administrati.

Fata.

Laringio durantibus, Briogovicus
Landgraviatus sub simplici Comitatus
nomine in monumentis occurrit. At
octennio postquam interierunt Lar-
ringi, Henricus et Rudolphus pater
filiusque, Marchiones Hachberga, in Char-
ta 1226. Landgraviu Briogovia
memorantur, manifesto indicio Land-
graviatum Briogovia, Ducibus
Laringensibus extinctis, ad Marchio-
nes transivisse Hachberga, et in ea-
dem domo persistisse. Landgravia-
tus memoria sane apud successores
Hachbergensis et Sausenbergica line-
arum identidem occurrit. Illi, quæ
senior, Landgraviatus inferior, huic
quæ junior, Landgraviatus superi-

Landgraviatus
Inferior

or attributi fuerunt, quod Sausen-
berga in superiore, Hachberga in
inferiore Landgraviatu sunt posita.

Landgraviatus inferior apud Faringo-
Badenses Hachbergica linea usque
ad A. 1318. permansit, quo Henricus
V^{us} Marchio Hachberga Annam sor-
orem Frederico, Friburgi Comiti, despon-
davit, eique dotis loco 700. marcas ar-
genti promisit, quas cum exsolvere
non posset, inferiorem Brisgovia
Landgraviatum Frederico assigna-
vit.

At A. 1395. Landgraviatus Bris-
govia postquam per 77 Annos
pignoris loco in Friburgi Comitum
manibus fuisset, à Conrado Comite
restitutus fuit. Rudolpho VI. Sausen-
bergico Dynasta; qui eundem Land-
graviatum eidem Conrado affini suo
A. 1417. contulit in feudum; adeoque
Brisgovici Landgraviatus proprie-
tas penes Sausenbergicum Domus
Badensis ramum permansit, qui
A. 1503. cum exaruisset, Landgra-
viatus utroque ad lineam ~~seniorem~~
seniorem, qua Badensis est, rediit.

Eundem Rudolphum VI. de Landgra-
viatu Briogojæ et omnibus ejus
juribus a. 1101. investiverat Imp. Du-
perius. (a)

Illi ergo, qui Landgravius Briogovicis
superioritatem in Briogoviam tri-
buunt, quique Landgraviatum Bri-
gojæ à Comitibus Friburgi ad Leo-
poldum Austria Ducem ejusque
posteris, pervenisse spectabent, (b)
nec genuinam Landgraviatus indo-
lem, nec diversam ejus ab Nactber-
gicis Marchionibus ad Friburgi
Comites, et ab his ad illos migratio-
nes cognoscunt.

Travis hæc originum et factorum
Domus Faringo-Badensis deli-
neatio facile Lectoribus ob oculos
ponit, quam inani consilio rerum
Badensium scriptores, tum dome-
stici tum exteri, incunabula Gen-
tis vel in Italia vel in Francojurana
Burgundia vel in veteri Pindonia
sa Helvetia, adeoque apud exte-

Conclusio

Causa

(a) Schiller Instit. Jur. Publ. t. 1. pag. 38.

(b) Stapfii Vindiciae superioritatis Austri-
pag. 18.

ros quæsierint, quæ in ipsis ditio-
num Badensium terris potius que-
renda fuissent. Autochthones sunt
Faringo-Badenses in patrimonialibus
suis Provinciis nati, et à seculi
VIII. temporibus pleno jam indigena-
tus jure potiti. Inde virtutibus glo-
riæque illustres ad Carinthia, Vero-
na, Alemannia, Burgundia, Du-
catus, Marchionatus, Comitatus regen-
dos ex Brisgovia vocati sunt;
suaque imperandi et gubernandi pru-
dentia documenta, arcibus, castris,
et nobilissimis urbibus, magno nu-
mero constructis, ad omnium seculorum
reliquerunt memoriam. Sic tandem
est certum, Faringicam Domum
indubiam matrem esse Domus Ba-
densis. Sic tandem ratio con-
stat, quæ axiomata Ducale et Mar-
chicum ad Faringo-Baden-
sem pervenerint Domum, itemque
constat, eodem modo dignitatem
Marchionis ad Badenses perve-
nisse, quo dignitas Ducis ad Fa-

ringentes pervenerat. Ita quoque
 cognoscimus, Badenensem et Näck-
 bergensem. Marchias genuinum Fa-
 ringica Domus ecclesie patrimonium,
 quod non Hermannii conjugio demum
 cum Juditha Badensi ad Faring-
 gos perveniret, sed ad patimoni-
 um vetus Faringorum. pertinuerit,
 id quod ad gloriam Badensium
 illustrius est. Sed et intelligimus
 denique, Provinciam Brisgou-
 via Comitatum, quem et Landgra-
 viatum appellant, hereditarium
 domus Faringica officium, atque
 munus ab Imperio pendens ecclesie,
 quod Faringio, eorumque posteris
 à Cesare commissum, autocraticam
 Principatus indolem nunquam indu-
 erit. Sed et ex prædictis porro colli-
 gimus, omnes eos, qui res Farin-
 go-Badenses tractarunt, terra-
 rum ad hanc gentem spectantium spa-
 tia nimis arctis inclusisse limiti-
 bus; qui profecto late patuerant.
 Burgundicus Faringorum Rectora-
 tus et Advocatia Turicensis non ni-

si obiter innotuerit. Octonavica
Advocacia vel praefectura origine
et facta ex comparatione cum Ad-
vocacia Alsatia majus lumen
accipiunt, uti Landgraviatibus Bri-
goviciis per Landgraviatus Alsatia-
cos majus lumen accedit.
Omnia haec autem brevi quum deli-
neaverim tabella, superest, ut copio-
sius nunc à nobis distinctiusque pro-
ponantur, quod Annalium Methodo
quae omnium clarissima est, sumus
facturi, ita tamen, ut nonnulla,
quae indoles rerum in partes dispeca-
re vetat, peculiaribus excursibus
tractanda seponantur. Faciemus au-
tem hoc non Badensibus modo
sed et Alsatia, Brisgoviciis, Hel-
veticiis, Burgundiciis chartis, tum
editis tum ineditis, instructi, quae ex
ipsis Principum ac Civitatum ta-
bulariis nobis generose exhibita Sa-
ringica et Badensi historia ma-
jus lumen accendent, gloriamque
Serenissima Domus non
parum augebunt.